

## Band V., Nr. 1333, Seite 99

*Der päpstliche Legat Kardinaldiakon Peter beauftragt den Abt von Kempten, das Kloster Weißenau im Besitze seiner sämtlichen Güter und Rechte, namentlich der Pfründe in Bregenz mit deren Kapellen in Wolfurt, St. Christina und Manzell, gegen jede Belästigung zu schützen.*

Konstanz, 1255. März 23.

Petrus, miseratione divina sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis, apostolice sedis legatus, religioso viro . . abbati Campidonensi, ordinis sancti Benedicti, Constantiensis diocesis, salutem in domino. Cum personas dilectorum in Christo . . prepositi et conventus de Augia minori sancti Petri, ordinis Premonstratensis, Constantiensis diocesis, et locum, in quo divino sunt obsequio mancipati, cum omnibus bonis eorum, que in presentiarum rationabiliter possident et in futurum iustis modis dante domino poterunt adipisci, sub ecclesie Romane ac nostra protectione duxerimus admittendas, specialiter autem prebendam in Prigantio cum capella sua in Wolfurt, sancte Cristine et Mancelle ecclesias cum omnibus pertinentiis eorundem nec non cetera bona eorum, que a nonnullis regibus et principibus secularibus et ecclesiasticis in usus suos pie ipsis asserunt esse concessa, sicut ea omnia iuste et pacifice possident, eisdem et per eos ecclesie predicte auctoritate litterarum nostrarum duxerimus confirmanda, discretioni tue presentium auctoritate mandamus, quatenus ipsos super hiis contra protectionis et confirmationis nostre tenorem non permittas ab aliquibus indebite molestari molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam compescendo.

Datum Constantie, X. kalendas Aprilis, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LV.

Der Textabdruck folgt dem Original.

An weißen Leinenfäden ein spitzovales, in Leder eingnähtes, zerbrochenes Siegel.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 523 U 66

**Überlieferung und Textkritik:**

Original. Im Vidimus von 1484 Februar 3: HStA Stuttgart B 523 U 2366 inhaltlich, aber nicht textlich genau, enthalten. In 3 Weissenauer Codices im Fürstlich Waldburg-Zeil'schen Archiv in Zeil enthalten, vgl. WUB, Bd. VI, S. 511.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Konstanz

**Aussteller:**

Peter; Kardinallegat

**Ortsindex:**

Bregenz, Vorarlberg, Österreich  
Kempten (Allgäu), KE  
Konstanz Wohnplatz (14442)  
Konstanz, KN  
Manzell Wohnplatz (17891)  
Manzell, Friedrichshafen, FN  
St. Christina Wohnplatz (20137)  
St. Christina, Ravensburg, RV  
Weißenau Wohnplatz (20163)  
Weißenau, Ravensburg, RV  
Wolfurt, Vorarlberg, Österreich